Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 869

Quelle:
Copyright:



CCL. VII D. 12.

250 Codex membraneus lat. Sec. partim XII. partim XIII. Folior. 122. f. per duas columnas partim luculente, partim minutiore charactere exaratus, quondam κτημα V. Cl. *Joh. Sambuci* Pannonis Tyrnav. continet: I. *Hieronymi et aliorum ad illum Epistolas* XXXIIII. quae in edit. *Vallarsii* T. I. *Opp. Hier.* sunt numero 35. 36. 62. 20. 15. 16. 18. sed turbato ordine. 102. sed non integra. 111. 110. sed non integra. 56. 105. 67. 104. 112. 126. 131. 132. 58. 53. 55. sed divisa in duas. 57. 51. 83. 84. Spuria T. XI. p. 227. item ibid. p. 270. Rursus genuinae 69. 146. 17. 145. 122. Spuria T. XI. p. 87. genuina 129. Omnes miniatis inscriptionibus gaudent, et rarissime lectione ab editis discrepant, ut adeo Codex quoad hanc partem optimae notae sit.

II. *fol.* 107. sequitur recentioris paullo manus *Commentarius in Epistolam Pauli ad Romanos* absque Autoris nomine et qui in C. IX. v. 29. deficiat. Initium Prooemii est: *Causa scribendi hanc epistolam fuit altercatio, quam habebant iudei erga gentiles* &c. Ipsius expositionis: *Paulus. Mores scribentium epistola seruat. in hoc quod in principio salutacionem ponit. in qua captat beniuolentiam auditorum* &c. Inspectis omnibus, quos quidem novi, antiquioribus *Paulinarum Epistolarum* Interpretibus non deprehendi praesentem, qui sobrius est et literae insistit. De aetate conjeceris, si solum ab eo *Augustinum*, idque una alterave solum vice, citari reputes.

CCLI. VI. 9. 16.

Codex chartaceus lat. Sec. 530 XV. Folior. 131. 4. non una manu, commode tamen perscriptus et quondam *Pauli de Slauikouicz*, sequentia censet: I. D. *Hieronymi Epistolas* VIII. quarum ἐπιγραφας et initia dabo, additis, quibus in edit. *Vallars. T. I. Veronae* 1734. quaerendae sunt, paginis. *Ad Nepotianum* Presb. *Petis a me p.* 252. *Ad Eustochium* Virg. *Audi Filia. p.* 87. *Ad Rusticum* Monach. *Nihil Christiano felicius.* p. 926. *Ad Celantiam* Matron. *Vetus Scripturae sententia. p.* 1089. *Ad Heliodorum* Ep. *Grandes materias. p.* 329. *Idem* (ita in margine) *de bonorandis Parentibus.* Initium: *Parentum meritis subiugans filios omnipotens deus seruiendi legem in officijs posteris dedit* &c. Non invenio prolixum hunc locum in *Hieronymo*, nec in *Augustino*, *Ambrosiove* aut *Bibl. PP. Ad Castoriam* Materteram. *Johannes idem Apostolus. p.* 27. *Ad Vitalem* Presb. *Zenon nauclerus. p.* 434. et interposito, quem mox indicabo, *Tractatu*, *Ad Pammachium et Oceanum. Schedulae quas misistis. p.* 518.

II. *fol.* 59. *Incipit Tractatus de Corpore christi Editus per M. Stanislaum de Snoyma Sacre theologie professorem.* Initium: *Visum*